



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

XV. De singulari eminentia, ac mirand effectis gratiæ iustisicantis, quæ
per sacramenta confertur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

gratiasque quæ mediante sacra-
mentis nobis communicantur, vt mo-
do dicendum est.

CAPVT DECIMUM
QVINTVM.

*De singulari eminentia, ac mirandis
effectis gratia iustificantis,
qua per sacramenta
confertur.*

QVod inquit Psalmista, *Omnia glo-
ria filia regis ab intus*, perinde est,
ac si dicat, omnis pulchritudo animæ
iustæ, quæ est filiæ Dei Regis, & Domi-
ni Dominantium, à gratia, virtutibus,
alijsque donis interioribus procedit.
atque ita hunc locum passim expo-
sitores interpretantur; de quo gratiæ,
ac virtutum ornamento nobis agen-
dum erit, vt gloria & interior pul-
chritudo animæ in charitate, & amo-
re Dei viventis, luculenter pateat.
Concludimus autem cum Doctoribus
Ecclesiæ sacrisque concilijs, gratiam
iustificantem nihil aliud esse, quam
diuinam aliquam qualitatem, & lumē
quoddam, ac splendor, qui offuscata,

Psalm. 44

*Vide Ians-
sen. sup.
Psalm.*

*D. Thom.
prima se-
cunda qu.
100. a. 4.
Cōc. Trid.
sess. 6. c. 6.*

AUC

aut deleta omni peccati turpitudine
 & macula ipsam animam pulchritu-
 dine plusquam naturali exornat. Eundem
 datur hæc doctrina in varijs scripturis
 locis, ut cum apud Ezechielem
 Deus dicit, *Effundam super vos
 quam mundam, & mundabimini
 omnibus inquinamentis vestris.* Et cum
 S. Paulus ait, *Qui & signavit nos, & dedit
 pignus spiritus in cordibus nostris.* Sicut
 enim gratia super animam effundatur
 tanquam aqua munda, eam certè munda-
 dabit, & ab omni macula peccati pur-
 gabit; atque eidem tanquam pignus
 nus, & arrha spiritus sancti inhaerentem
 eam exornabit, & ad miraculum vultu-
 que honestabit. Idem voluit mellifluus
 ille Bernardus, cum diceret, Gratia
 am esse lumen quoddam, animæque
 claritatem, ipso sole clariorem cum
 fit radius solis iustitiæ, qui animam
 fidelem iustificat, purgat, illustrat, or-
 nat, & quodammodo deificat: ad quem
 modum Apostolus, ijs qui hanc gratiam
 susceperant, ita scribit: *Eratis aliquan-
 do tenebræ, nunc autem lux in Domino.*
 Quasi dicat, Donum gratiæ, quod susce-
 pistis, non solum à vobis expellit
 peccat

Ezech. 36.

2. Cor. 1.

Ephes. 5.

peccati tenebras, verum etiam animæ
lumen restituit, quod maximum eius
ornamentum est, ac inæstimabile be-
neficium reputatur. Extra dubium, &
controuersiam est licere Regibus, &
mundi huius principibus delinquen-
tibus subinde parcere, eosdemque suis
litteris præmunire, quò minus coram
humano tribunali ab aliquo super
patratis criminibus, cõueniri possint:
æquè tamè certum est, eos culpam re-
mittere non posse, aut pœnis quibus
coram tribunali Dei addicendi sunt
eximere, multo minus, quod delin-
quentes aliqua qualitate supernatu-
rali, & virtute interiori, quæ eos illu-
stres, commendabiles, Deoq; gratos
efficiat, exornare valeant: Quod tamè
Deus facit; Nam præterquam, quod
possit, & de facto etiam plenissimam
omnium peccatorum absolutionem
nobis largiatur, in super animam qua-
lificat, & pulcherrimis virtutum ac
gratiarum ornamentis decorat. Insi-
nuauit hoc figuraliter in veteri testa-
mento Deus, cum iussit, vt si quis Iude-
us ex captiuis aliquam extraneam in
uxorem adamaret, primò eam sordi-
dis

Deut. 24.

dis vestibus spoliaret, exin statim ne-
 uas, mundasque indueret, & sic eam
 uxorem haberet. Similiter enim Deus
 animam peccatricem, verè alienige-
 nam, sibi desponsare volens, primo
 omnia vitiorum superflua refecat, pec-
 catorum lasciuias detrahit, ac mo-
 gratia sua reuestitam, charitate tan-
 quam veste nuptiali exornat.

Quis ergo non videat, quanta sit
 dignitas, efficaciamque gratiæ iustifican-
 tis, quæ ita disponit hominem, ut ex
 peccatore iustum, & *diuina consortem*
natura, ut S. Petrus loquitur efficiat.
 Equidem cuiusque hanc gratiam præ-
 stat Deus multò ille felicior est, eo
 qui summam amicitiam ac intimam
 familiaritatem, maximorum Regum
 cõsequitur; horum enim terrenorum
 principum amicitia terrena; illa coe-
 lestis Dei diuina est.

2. Pet. 1.

Similitu-
 do pulchra.

Diximus cum D. Bernardo, Gratiam
 esse radiũ Solis iustitiæ, qui est Chri-
 stus Deus noster, verus Deus, verusque
 homo; nam, ut solis huius corporalis
 radius in speculum, aut aliud corpus
 politum, ac lenigatum incidens, ipsũ
 solem proxima similitudine expri-
 mit.

mit; ita etiam Deus radium sui amoris
 in corde ab omni peccatorum aspe-
 ritate leuigato diffundens, maximam
 claritatem & diuinam quandam simi-
 litudinem, ac imaginem efformat.
 Quæ quidem animæ claritas, ac
 splendor quantumuis interior fit, sub-
 inde tamen etiam ex quadam pul-
 chritudine exteriori, quam corpori
 communicat, cognoscitur. Huius rei
 varia exempla, tam in scripturis sa-
 cris, quam Ecclesiasticis historijs repe-
 riemus; Nam vt nihil de transfigurati-
 onis Domini, in qua omnis ille faciei,
 & vestimentorum splendor, ab inte-
 riori gloria animæ proueniebat dicā; *Exod. 24.*
 notum est faciē Moysis à diuino col-
 loquio recedentis, ita splendere soli-
 tum, vt in eam filij Israel intueri ne-
 quirent: & de beatissima Virgine te-
 statur Dionysius Areopagita, tantam
 pulchritudinē ac maiestatem in vul-
 tu eius reluxisse, vt nisi vnum Deū sci-
 uisset, hanc pro Dea se habiturum fu-
 isset. Et de S. Stephano scribit S. Euan-
 gelista Lucas, *Et intuentes eum omnes
 sedentes in concilio viderunt faciem eius
 tanquam faciem Angeli.* Multa alia bre-
 uitatis

*Matth. 17.**Exod. 24.**Act. 6.*

Vide Suri-
um 30. Au-
gust.

Item vi-
tas Arca-
dij & Si-
mon. Sales.

Ribadin.
in vita B.
Ignatij.

Romay. 6.

uitatis causa transfilio. Si quis plura
desideret legat vitas Sanctorum, ma-
ximè eorum quos in margine anno-
tauimus, ibi enim inueniet, extraordi-
nario lumine in signum sanctitatis
eos frequenter circumdatos appar-
uisse.

Certum itaque maneat animam in
stam super omnia pulchra esse pul-
cherrimam, omnia nobilia nobilissimam;
ideoque Deo gratam, amantem
Angelis, formidatam Diabolis; gratam
enim facit, vt Deus ei faueat tanquam
filia; Angeli ei blandiantur vt sorori;
Diaboli eam timeant, vt victricem.
Quid amplius in laudem diuinæ gra-
tia afferre possem? fateor plurima ad-
huc, & pulcherrima restant, sed breui-
tatis studium haudquaquam omnia
nobis prosequi permittit: hoc tamen
non omitto, quod opera nostra etiam
vilissima & abiectissima Deo grata ac
vitæ æternæ meritoria efficiat: Om-
nia enim amicorum suorum obsequia,
quantumuis minuta, Deo placent, &
cum sit liberalissimus & ditissimus in
retribuendo, mercede se tanto largi-
tori digna opera nostra muneratur,
gloria

gloria scilicet cœlesti, imo seipso, nā
 & Abrahamo aliquando dixit, *Ego* Gen. 15.
sum merces tua magna nimis. Nonnō
 ergo summa animæ felicitas est eam
 gratiam recepisse, qua mediante vitā
 æternam promereri, & Deo ipso per-
 frui poterit? Imò sanè summa est, &
 incomparabilis, & grato homini ma-
 ximam materiam suppeditat Deum
 laudandi, ac gratias pro tanto benefi-
 cio persoluendi.

Quamuis autem cum Sapiente ve-
 rum esse fatear quod ait, *Nescit homo* Eccles. 9.
utrum amore, an odio dignus sit, nisi sci-
 licet speciali aliqua reuelatione de
 eo doceatur: Dico tamen cum Docto-
 ribus varia esse signa ex quibus pro-
 babiliter colligere possumus nos gra- Signa gra-
 tiam obtinuisse; ac primū quidem tie.
 est bonæ, integræque conscientiæ te-
 stimonium; nam vt S. Ioannes inquit,
Si cor nostrum non reprehendit nos, fidem 1. Ioan. 3.
habetur ad Deum: secundum est
 amor filialis, quem patri nostro cœle-
 sti exhibemus; hic enim gratiæ effe-
 ctus est, & mutui amoris Dei erga nos
 signum: de se enim æterna illa Sapiē-
 tia dicit, *Ego diligentes me diligo; & pa-* Prov. 8.
cet

Rom. 8.

tet manifeste ex Apostolo qui ait, *Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba, Pater: ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei: tertium rerum diuinarum gustus, & mundanarum fastidium; sunt enim illa bona spiritalia verum istud manna absconditum, quod victoribus in Apocal. promittitur, cuius suauitatem nemo nouit, nisi qui comedit: Quartum & certissimum susceptæ gratiæ argumentum est ipsa debita sacramentorum susceptio; cum enim Sacramenta instituta sint, ut gratiam conferant, si quis bene dispositus accesserit, rationabiliter non præsumere quis potest, se eorū effectum obtinuisse, qui nullius impedimenti sibi conscius est.*

Gratia diligenter custodienda.

Verum quid proderit gratiam suscepisse, nisi omni studio coneris obseruare? Si alicui tantæ virtutis, aut efficaciam gemma euenisset, quæ eum Regibus gratum, imò regem faceret, quæuis metalla in aurum conuerteret, infirmos sanaret, mortuos vitam restitueret, quanta putatis diligentia, cura ac sollicitudine illam gemmam

custo-

custodiret? credo quod maxima: Et sa-
 ne amplius quid, & nobilius gratia
 iustificans in nobis operatur; Nam
 Dei summi Regis beneuolentiam er-
 ga nos conseruato Reges regni celo-
 rû nos facit, omnia nostra bona opera
 vitæ æternæ meritoria constituit, ani-
 mæ sanitatem continuat, amissam re-
 staurat, ad vitam si mortua, fuerit re-
 uocat. Iure ergo meritissimo quiuis
 labor etiam difficillimus pro conser-
 uatione tanti doni suscipiendus erit. *Modus*
 Facile tamen eam conseruabimus, si *conseruandi.*
 capitalem eius hostem, scilicet pecca-
 tum mortale declinemus, ac euite-
 mus; hoc enim tanquam aspersa ma-
 cula animam deformat, vitæ merendi
 bonorum operum tollit, ipsam deni-
 que spirituales animæ mortem cau-
 sat; Nam de peccatoribus dicit Iere-
 mias, *Denigrata est super carbones faci-*
es eorum, & non sunt cogniti in plateis. *Tre. 4.*
& Osee facti sunt abominabiles, sicut ea *Osee. 9.*
qua dilexerunt, ac denique Apostolus,
Stipendium peccati mors: Vnde te mo- *Rom. 6.*
net Sapiens, Quasi à facie colubri fuge
peccata; & si accesseris ad illa suscipient
te: Dentes leonum dentes eius, interficien- *Eccles. 24.*

tes animas hominum; ideoque sancti viri adeo peccatum exhorruerunt, ad nomen eius contremuerint: & quando se à carne, mundo, aut Diabolo ad peccandum incitari senserunt, maluerunt bona, dignitates, honores, amicos, parentes deserere, imò ipsam vitam prodigere, quam ei villo modo consentire; Exempla obuia sunt, Ioseph relicto pallio abiit, vt adulterari fugeret: Susanna vitam suam morti periculo, quam corpus suum sensu libidini exponere maluit; Imò omnes martyres honestissimam mortem turpissimo Idololatriæ peccato anteculerunt. Horum exempla imitantes oportet nos aduersarijs opponere, cum ipsis colluctandum est, si gratiam nobis fertam tectam, ac à peccato præseruatam velimus. S. Iacobus inquit, *Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.* passimque monemur de Babylone, hoc est, hoc mundo exire; nam vt ait Ioannes, *Totus mundus in maligno positus est.* & Apostolus inquit, *Mortificate membra vestra, qua sunt super terram.* & alibi; *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificati*

Gen. 39.

Daniel. 13.

Iacob. 4.

1. Ioan. 5.

Coloss. 3.

Rom. 8.

mortif
tur pu
aspice
rio pe
tor è o
iustè i
cipien
còlor
foetic
intol
pelle
cacit
fis, id
uà f
tur,
& de
aut è
aliqu
quin
& h
mir
Ang
mu
de
cur
tur
ptu
sta

mortif

mortificaueritis, uiuetis. Atq; utinā dare-
 tur pulchritudinē animæ iustæ oculis
 aspicere, suauitatē sentire; & è cōtra-
 rio peccatricis deformitatē videre, fē-
 torē olfacere, certissimè tāto impetu
 iustę illius odorifera pulchritudo p-
 cipientiū animos abriperet, ut ab eius
 cōsortio auelli vix possint: Ipsius autē
 fœtidæ deformitas sua graueolentia
 intolerabilis nos à se longissimè pro-
 pelleret. Hoc priuilegio, tātaq; perspi-
 cacitate gaudebat S. Catharina Senen- *S. Catha.*
 sis, ideoq; cuipiā in gratia existēti ob- *Senens, vi-*
 uia facta, amicissimè eum amplexaba- *debat qui-*
 tur, & singulari charitatis affectione, *nam essent*
 & deuotione suscipiebat: Peccatores *in gratia*
 autē adedò auersabatur, ut longiorem
 aliquam moram cum illis trahere ne-
 quiret, quantumuis corpore formosi,
 & habitu compti essent: Neque ita
 mirandum est, cum idem à beatis illis
 Angelorum spiritibus factum lega-
 mus. Dicitur enim in Vitis Patrum
 de quodam, quod cum specie humana
 cum quodam monacho peregrinare-
 tur, iuueni cuidam pulchello, com-
 ptulo, ac bene olenti occurrerit: eūq;
 statim nares ne fœtorem sentirent ob-
 turas.

turas.

turasse, cum tamen paulo post facti-
 simum cadauer non occlusis naribus
 inoffensus præteriret: Quod admira-
 tus socius, rogauit angelum, cur pro-
 us iuueculi illius odore, quam ca-
 ueris istius foetore offenderetur? Re-
 pondit Angelus, eo quod in for-
 illo corpulculo anima plena peccata
 lateat, quæ ipsam coram Deo, & An-
 gelis eius quouis cadauere peius odori-
 tem, & abominabiliorem reddunt.

Responsum utique dignum ab ijs per-
 tractari, qui animam peccatis infectam
 & quasi conditam in corpore odoribus
 perfumato, gemmisque ornata gestant:
 Verè enim in illis illud scripturae
 uatoris verificatur, *Similes estis sep-*

chris dealbatis; quæ à foris parent ho-
nibus speciosa; intus verò sunt plena
bus mortuorum, & omni spurcitia.

Sed nos ad statum gratiæ, vnde
 gressi iumus, reuertamur; pro curam
 acquisitione, conseruatione, & argu-
 mentatione nihil non faciendum est
 nihil non patiendum: Acquiritur au-
 tem si Deum instanter precemur, an-
 mumque quam possumus diligentibus
 mè ante susceptionem sacramentorum
 præ-

ost facti
 sis narib
 od adm
 , cur po
 quam ca
 retu? P
 n for me
 a pecca
 o, & A
 peius o
 n reddu
 ab ijs pe
 is infect
 ore odor
 ue orna
 illud s
 estu sep
 ent ho
 plena
 itia.
 vnde
 pro cur
 , & arg
 dum a
 iritur
 mur, an
 igitur
 mento
 pra-

præparemus, ijsdemq; modis conser-
 uatur, & ijsdem augetur: Absit autem
 ut hæc media negligamus, sed sæpius
 ea frequentemus, ut gratiam adepti
 virtutes quoque, quæ eam comitan-
 tur, cum spiritali lætitia, ac pulchri-
 tudine animæ, ex his omnibus resul-
 tante consequamur.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

*De dignitate Virtutum Theologi-
 carum ac imprimis
 fidei.*

CVM Deus hominem ad imaginē *Genes. 2.*
 & similitudinem suam crearet, a-
 nimam libero arbitrio, & tribus po-
 tentijs, seu facultatibus; memoria sci-
 licet, intellectu, & voluntate præditā
 ei indidit; Quæ quidem potentix na-
 turaliter perfectæ erant, & cum nul-
 lum haberent impedimentum absque
 vlla difficultate ad actum suum pro-
 cedere poterant: Quamuis non dicam
 eas tantæ perfectionis fuisse, quin ali-
 arum qualitatum accessione augeri
 potuerint; nēpe ab illis dispositioni-
 bus, seu habitibus, qui virtutes mora-
 les ap-